

24  
DEI & Superiorum Indultu

# CREATURAM GEMEBUNDAM,

Juxta ductum cap. VIII. vers. 19. 20. 21. 22. Epistolæ  
ad Rom.

Dein das ängstliche Harren der Crea-  
tur wartet auf die Offenbarung  
der Kinder Gottes. 2c.

*SUB PRÆSIDIO*

**IOHANNIS MEISNERI,**

S. S. Theologiæ Doctoris, ejusdemque in Alma hac Leucorea  
Prof. Publ. Ordinar. celeberrimi, Templi Cathedralis Præpositi dignis-  
simi, Consistorii Ecclesiastici Adessoris gravissimi, Venerandæ  
Facultatis Theologiæ Senioris, ejusdemque p. t. Decani  
Spectatissimi,

*publice ventilandam proponit*

**M. IO. CHRISTOPH. HAHN,**

Annab. Misn.

*Ad diem XXXI. Julii A. C. M D C L X VI.*

*Horis Locoque consuetis.*

*RECUSA WITTENBERGÆ,*

**LITERIS IOHANNIS GODOFREDI MEYERI,**

*ANNO 1715.*

*XLIII. 46. 6*

*(6)*

Coll. diss. A

199, 42

*874. A. 199 (42. 1)*

GR E A T U R A M  
G E M E I N D A M



I O H A N N I S B E I S E R I

M I O C H R I S T O P H H A N N

N A M M O M D E L N A

W A S I N D E R C O N T I N E N T

W I T T E N S C H A F T L I C H E  
I N F O R M A T I O N S G E S E L L S C H A F T

A B O 1 7 1 7



בְּעֵיב הַשָּׁמַיִם



Vale in Avoth, seu lib. Apophthegmatum priscorum Hebraeorum cap. 4. celebratur πολυ-  
θρύλλον: העולם הזה דומה  
לפ לפרוחודר בפני העולם הבא  
i. e. *Mundus hic similis est  
Vestibulo, respectu Mundi*

*futuri*: id non inconcinne ad præsens nostrum re-  
ferri potest institutum, utpote quod Vestibuli hu-  
jus canescentis, quod alias העולם הבא דרך ומעבר ל  
*via est vadum ad Mundum futurum*, vanita-  
tem non minus ac caducam fragilitatem Paulino  
adumbrabit penicillo. Intuearis licet in hoc ipso  
tam coelestia, quam terrestria, & quæ sunt εφ' η-  
μῶν tam florem, quam fecem eorundem, paucis  
inconstantissima omnia deprehendes: Hinc tot an-

xia & anhela Piorum ad  $\text{עולם הבנה}$  seu æterna  
 ista, ubi Sol sine abortu, sine nocte dies, sine de-  
 cremento status radiat felicissimus, habitacula:  
 nec horum tantum, ipse MACROCOSMUS quo-  
 que, & quod coram contemplaris UNIVERSUM,  
 per ipsam sui annihilationem liberationem quasi  
 gemit. Qvos GEMITUS CREATURARUM  
 eorundemque causas, jucunditate partim, (*quan-  
 quam quidam Loci hujus Paulini tantam ob-  
 scurritatem fassi sint, ut de eo peculiariter ipsam  
 Petri commonefactionem 2. Petr. III, 16. accepe-  
 rint, eundemque inter  $\text{δυσνόητα}$  Pauli retule-  
 rint, testibus B. Affelmanno Syntagm. Part. I. p. 70.  
 B. Franzio de Interpretat. Script. pag. 337. B. Ger-  
 hard. Comment. super Epist. 2. Petri pag. 452 Con-  
 fer quoque Augustinum, qui itidem Quæst. 67.  
 Lib. 83. textum hunc Apostolicum, *Locum obscu-  
 rum* appellat) partim utilitate materiæ, proritatus,  
 operæ precium duxi, sub piam considerationis in-  
 eudem, divina prosperante Gratia,  $\text{קָעַל}$  revocare.  
 Ut autem B. L. statim in frontispicio videat, quid  
 sibi hac dissertatione polliceri habeat, totam  $\text{Πραγ-  
 ματείαν}$  nostram peculiaribus, iisque tribus in-  
 cludemus Sectionibus: I. Sistet ipsius Textus tum  
 Originalis, tum aliquot Versionum  $\text{Διαλύσεων}$ .  
 II.*

II. Ipsius Textus Πράγματα, eorundemque Theolo-  
lo-Philologicam Ανάλυσι; Quibus evolutis de-  
mum Sectio III. claudet totam per peculiaria ζητή-  
ματα διατριβήν.

## SECTIO I.

*exhibens*

Ipsius Textus tum originalis tum aliquot  
Versionum Διατύπωσιν.

Rom. VIII.

Vers. 19. Ἡ γὰρ Ἀποκαταδοκία τῆς κτί-  
σεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν ἁγῶν τῷ Θεῷ ἀπει-  
δέχεται.

Vers. 20. Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑ-  
πετάγη, ἔχ' ἐκῶσα, ἀλλὰ διὰ τὴν ὑποτάξαντα  
ἐπ' ἐλπίδι.

Vers. 21. Ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερω-  
θήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν  
ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τῷ Θεῷ.

Vers. 22. Οἶδαμεν γὰρ ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις  
συσενάζει, καὶ συνωδίνει ἄχρι τῶ νῦν.

A 3

VER.

VERSIO SYRIACA.

Verf. 19. כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ

כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ

וְכָל־הָאֱרֶצַּהּ :

Verf. 20. כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ

כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ

וְכָל־הָאֱרֶצַּהּ :

Verf. 21. כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ

כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ

וְכָל־הָאֱרֶצַּהּ וְכָל־הָאֱרֶצַּהּ :

Verf. 22. כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ

כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ כִּלְיָהּ

וְכָל־הָאֱרֶצַּהּ :

LATINE.

Verf. 19. *Universa enim Creatura expectat, & oculos intendit in revelationem Filiorum Dei.* v. 20. *Creatura enim subjacet vanitati, non pro voluntate sua; sed propter eum qui subjecit eam.* v. 21. *In spe, quod etiam Creatura libera-*

liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloria Filiorum Dei. v. 22. Sciamus enim, quia omnes Creaturae congemiscunt & parturiunt usque in diem hunc.

BNEDICTI ARIÆ MOTANI,

Vers. 19. Nam anxiosa expectatio Creaturae revelationem Filiorum DEI expectat.

20. Nam vanitati Creaturae subjecta est, non volens, sed propter subjicientem eam in spe.

21. Quia & ipsa Creatura liberabitur a servitute corruptionis in Libertatem gloria Filiorum DEI.

22. Scimus enim, quod omnis Creatura congemiscit & comparturit usque nunc.

LUTHERI.

Vers. 19. Denn das ängstliche Harren der Creatur wartet auf die Offenbarung der Kinder Gottes: 20. Sientemahl die Creatur unterworffen ist der Eitelkeit ohne ihren Willen / sondern um des willen / der sie unterworffen hat auf die Hoffnung. 21. Denn auch die Creatur frey werden wird von dem Dienst des vergänglichlichen Wesens / zu der herrlichen Freyheit der Kinder Gottes. 22. Denn wir wissen / daß alle Creatur sehnet sich mit uns und ängstet sich noch immerdar.

DIETEN-

## DIETENBERGERI.

Denn das endlich harren der Creatur wartet auf die Offenbarung der Kinder Gottes; sintemahl die Creatur unterworffen ist der Eitelkeit ohn ihren Willen / sondern um des Willen / der sie unterworffen hat auf die Hoffnung. Denn auch die Creatur frey werden wird von dem Dienst des vergänglichlichen Wesens / zu der herrlichen Freyheit der Kinder Gottes. Denn wir wissen / daß alle Creatur (a) Begehren und Verlangen hat / und (b) ängstet sich noch imerdar.

(a) erseuff-  
hen.  
(b) bear-  
beitet sich.

## BELGICA.

Vers. 19. Want het schepsel met opgestelsten Hoofde / verwacht de openbaringe der Kinderen Godes. 20. Want het schepsel is der ydelheit onderworpen / niet ghewilligh / maer oin diens wille die het (der ydelheit) onderworpen heeft. 21. Op hope dat ooch het schepsel selbe sal vry gehmaecht worden van de dienstbaerhendt der verderfenisse / tot de vryhendt der herrlighendt der Kinderen Godes. 22. Want wy weten dat het gantsche schepsel t' samen sucht / ende t' samen (als) in barens noot is tot nutte.

SE.



## SECTIO II.

*sistens*

Ipsius Textus Πράγματα eorundemque Theologico-Philologicam ἀνάλυσιν.

Ostendérat in præcedentibus hujus cap. 8. Apostolus, nos non modo quoad gloriam, verum etiam quoad omnis generis afflictiones & calamitates, utpote cum & ipse Christus, antequam ingressus in gloriam, acerba quavis sustinisset, imagini Filii DEI debere quodammodo fieri conformes. Ut autem adversus ejusmodi tribulationum ignem & sensum obfirmet animos piorum, penetrantissima aliquot subjungit consolationum argumenta, cur scilicet patienter tribulationes ferendæ, inter quæ & hoc ipsum, quod a Creaturarum reliquarum irrationalium συμπαθεία desumptum est, depromit: dicit enim, non solum Pios ejusmodi afflictionibus, sed ipsas quoque Creaturas reliquas irracionales, tam animatas quam inanimatas, adeoque Totam rerum Universitatem, præter meritum, Vanitati seu abusu impiorum esse obnoxias, eamque propter συσσιάζειν, in tantum, ut si quis in eis sensus esset, largis illam palam deploraturæ essent lacrymis; argumentatur igitur a minori ad majus dicendo: Si Tota Rerum Universitas, præter meritum, ἔχουσιν, non sua, sed nostra culpa, servituti corruptionis subjecta est, eam non tantum patienter perfert, sed & tacito quodam sensu & suspirio expectat a vanitate liberari: multo magis Piorum erit, caput, Rationis δοχεῖον exerere, omni desiderio ad Cœlestia adspirare,

B &

& ejusmodi tribulationes τῶν νῦν καρῶν. (per Enallagen, quæ adverbium Substantivo additum, Pronominis significationem induit, vid. Glass. lib. 3. Philol. tract. 3. can. 10. pag. 407. Bez. in not. marg. ad h. l. f. 16.) seu temporaneas, indignasque πρὸς μέλλουσαν δόξαν patienter ac sub spe Liberationis sustinere & tolerare.

Et hæc de occasione Effati nostri Apostolici ὡς ἐν παρόδῳ. Ad ipsam rem & Textum progrediendum. Ut autem distincte procedamus, attendat B. L. I. IPSAM CREATURAM. II. EJUS GEMITUS. III. GEMITUM CAUSAS. IV. EORUNDEM FINES.

## CAPUT I.

DE

### IPSA GEMENTE CREATURA.

§. I.

**Q**uæ Missa autem hic proluxa Vocis κτίσις Seu CREATURÆ (quam Syrus per  $\Delta$   $\text{---}$   $\text{---}$  a rad.  $\text{---}$   $\text{---}$  quæ Hebraico ברירה a rad. ברר creavit, respondet, reddidit, & proprie rem quamvis in genere creatam denotat, quo sensu Creatura est res omnis, quæ neque a seipsa est, neque semper fuit, sed aliquando a DEO producta est, & quidem ex nihilo, ratione productionis in Principio factæ,) acceptione, quæ ἵππερ ἀ τῶν πολλαχῶς καὶ ποσαχῶς λεγομένων, prout fuscè demonstrat Flacius in Clave pag. 191. 192. Ravanel

nel. Biblioth. sub voce Creatura: Polanus in Syntag. lib. 5. cap. 6. pag. 1712. omiffa, inquam, diverfa vocis hujus acceptione, ad rem ipsam potius statim accessum faciemus.

§. II.

CREATURAM ergo h. l. quod spectat, non sane hodiernis Arminianis in Apol. Confess. pag. 219 & ante eos ipsi Augustino hic assurgere possumus, qui praesertim Lib. 83. quaest. 76. eam de hominibus in genere sive malis exponit, ea de causa, quod absurdum sit, ejusmodi affectus gemitum scil. & anxia desideria irrationali tribuere Creaturae, v. gr. quod exerto capite Filiorum DEI revelationem expectet, quod liberationem a servitute Corruptionis speret &c. unde, ut in patrocinium sui adsciscat notam Universalitatis Πᾶσα; OMNIS CREATURA: subjungit; *Omnia Creatura est in homine, quia intelligit spiritu & sentit anima & localiter movetur corpore, quae ferme coincidunt cum isto Talmundico; הומו הוא סוף כל החיות Homo est Complementum omnium existentiarum. Ομοψήφως sibi habet hac in parte Doctorem Angelicum Thomam de Aquino Comment. in h. J. Rivetum Exercit 57. in Genes. c. 8. pag. 285. & quem citat B. Gerhard. tom. ult. de Consummat. Saeculi pag. 417. Andream Masium Pontificium, qui in cap. 6. Josuae expresse scribit: Omnis Creatura, i. e. omnis homo, qui est nodus & vinculum omnis Creaturae, microcosmus & Mundi miraculum, quia homo ab omnibus Creaturis aliquid participat ab Elementis scil. ESSE, a plantis VEGETARI, ab animalibus SENTIRE, ab Angelis ratiocinari; & sic omnes Creaturae patiuntur in homine & cum*

## §. III.

Verum quo minus huic sententiæ faveamus, obstat ipsa hominum tum bonorum tum malorum conditio: Si de illis loqueretur Apostolus, quæ necessitas, in sequentibus congemiscentes introducere Pios seu ἀπαρχὴν τῆς πρῆμιας (metaphora desumpta a more Ecclesie V. T. Offerebant enim ibi Israëlitæ ex DEi mandato primitias frugum, partim ut DEo gratias agerent, partim ut reliqua seges sanctificaretur; Sicut igitur Israëlitæ ex primitiarum oblatione spem concipiebant reliqua segetis suo tempore fruenda: Sic Credentes e sensu ipsorum donorum Spiritus S. quæ in hac vita sunt ditati, spem concipiunt gaudiorum cælestium suo tempore fruendorum. Ursinni Analec. sac. part. 2. lib. 6. pag. 369. Glass. in. Exeg. pag. 1174.) habentes, cum eos jam antea nomine, Omnis Creaturæ indigitasset? si de malis, nec hoc admitti potest, utpote qui non inviti, sed volentes vanitati subsunt; obque conscientiam damnantem, Satanam accusantem, Christum iratum, Judicii extremi accelerationem, tantum abest, ut exoptent, ut potius ad istius severitatem horreant & tremant. B. Danhavv. Hodosoph. Phanom. 12. p. 1468. conf. quoque Hackspan. in Miscell. pag. 181. e Calvinianis Spanhem. part. 3. dub. Evang. dub. 132. pag. 736. seq.

## §. IV.

Et licet addamus, teneri hominem appetitu innato sempiternæ alicujus Vitæ, eamque sæpenumero, posthabita etiam præsentis lucis usura, summo desiderio sibi exoptare, prout Augustinus Lib. 1. de C. D. c. 22. p. m. 81. Cle-

Cleombroti alicujus meminit, qui lecto Platónico Phædone seu de Anima, Dialogo, vitam tanto animi desiderio concupivit immortalem, ut præ potiundi desiderio, muro præceps factus, præmaturam mortem ultro adire non abhorruerit, juxta Callimachi Epigramma:

Ἐίπας, ἦλεις χαῖρε Κλεόμβροτ' ἰμβρακιώτης  
 Ἡλατ' ἀφ' ὑψηλῆς τείχεσσι εἰς ἀλάδῃ  
 Ἄξιον εἶδέν ἰδῶν θανάτῃ κακὸν ἀλλὰ Πλάτων'  
 Ἐν τόπῳ περὶ ψυχῆς γραμμ' ἀναλεξάμεν.

Quod ex notis Ludovici Vivis ibidem latine sonat:

Vita vale, muro præceps delapsus ab alto

Dixisti moriens Ambraciota puer:

Nullum in morte malum credens: sed Scripta  
 Platonis

Non ita erant animo percipienda tuo.

Minime tamen scopo Apostolico concordat, prout ex jam dictis unicuique ad oculum patescit.

§. V.

Dicis: Sed dantur loca, in quibus ejusmodi Creatura ad solos restringitur homines, ut Marc. XVI, 15. Col. I, 23. nisi forsan cum cuculligero isto Fratre, cujus Liber Conformit. Francisci facit mentionem, verba hæc ad ipsos extendere velis, utpote de quo ista otiosa circumfertur fabula, quæ piscibus concionans aliquando secus mare, non sine auditorii piscini applausu introducitur: Sic pari modo in trito isto Hebræorum ad solos homines refertur vox Creaturæ, quando dicunt: *הקבה יבוא לדין כל בריות* Sanctus

B 3

Bene-

*Benedictus ipse veniet iudicare Creaturas &c.* uti dixi, cum ad textum minime quadret, ipsiusque *συνάφεια* non admittat, utpote in quo Apostolus distincte Creaturam ex hominum vitio vanitati subjectam enunciat, hocque modo oppositionem subjectorum aperte exprimit, & nos eadem non amplius inhærebimus.

## § VI.

Alii, quos inter Lyra, cujus verba citat Aretius in Probl. pag. 1006. Cajetanus in Comment. Salmeron disput. 17. in Epist. ad Rom. pag. 556. Creaturam hanc ad SOLOS SANCTOS seu PIOS restringunt. Verba Salmeronis sunt: Creatura significat hic hominem in Christo regeneratum, qui dicitur nova Creatura per Christum creata; & post pauca: Talis ergo in Christo renatus, cum non sit liberatus a passionibus in hoc mundo, in spe est & vivit, non tamen absque expectatione. Succinit his ipse Episcopus Arminianus in respons. ad 69. quæst. pag. 65. it: Socinus in respons. ad defens. Francisci Puccii c. 6. p. 1. 170. qui etiam de homine per Spiritum divinum regenito hæc verba exponit.

## § VII.

Verum nimis angustis & falso conceptis continetur limitibus hæc expositio (α) infringit eam statim vocabulum *συνάφεια*. (β) non distinctæ loqueretur Apostolus, si de his solummodo loquens in genere omnem Creaturam intelligeret, quæ enim consequentia? (γ) Scripturæ alias familiare est, ut si quando Sanctos per Creaturas insignire vult,

vult, non nude nomen hocce genericum proferat, sed adjecto epitheto specifico, nimirum per *καμνήν κλίσην* eosdem describat, ut patet ex Gal. 6. 15. 2. Cor 5. 17. ut pote qui vivunt Spiritu, sunt secundum Spiritum nati & ambulant Spiritu, Gal. 4. 29. cap. 5. 25. 26.

## §. VIII.

Alii specialissime verba Pauli de PROTOPLASTIS exponunt; ita enim Hieronymus in Comment. ad h. l. Creatura autem ADAM est & EVA, quæ adhuc expectat a DEO se recipere adoptionem; Vanitas est prævaricatio, cui subjecta Eva, non propria voluntate, sed a Serpente decepta, spe illa, quæ audierat: eritis quasi Dii: Servitus autem est Corruptionis, quam audivit Adam: Terra es & in terram ibis; in resurrectione autem recepturi sunt incorruptionem filiorum DEI. Verum cum & hæc opinio ex antecedentibus everti potest, eidem non immorabimur, nec illi, quæ alii per Creaturam hanc LIMBUM SANCTORUM ante Christum defunctorum intelligunt, qualis enim, bone DEUS, consequentia? Creaturam adhuc ingemiscere; at qui eo tempore, quo Apostolus hæc scribebat, Limbus hic jamdudum per Adventum Christi erat evacuatus, ut ipsimet Limbi hujus Architecti faterentur. Vid. B. Gerhard. cit. loc. 3. Dorsch: Theol. Zachar. part. 1. pag. 72. 73.

## §. IX.

Neque etiam hoc de Animabus vel beatis vel damnatis supponimus: Ut ut enim istæ (quod contra *Ἐπιπορευσιμότητα* quondam, de quibus Hottinger. in Histor. Orient. Libr.

Libr. 2. pag 340. Socinianos itidem, interque eos Schmalzi-  
 um in Exam. centum error. fol. 33. & 49. & eorum fratres  
 Arminianos observandum, qui vel omnis sensus istas faci-  
 unt expertes, vel cum Episcopo disput. 23. thes. 7. internas  
 tantum operationes iisdem assignant. Conf. Dn. D. Calo-  
 vium in Socinis. Sect. 50, p. 989. & in Arminianismo pag.  
 454. seq.) rdunionem cum corpore, separata jam in suo  
 H<sup>is</sup> seu Receptaculo Cælesti expectent, (*non autem circa  
 cumulos & corporum suorum reliquias oberrent*; prout qui-  
 dam Gentilium quondam, teste Lactantio Lib. 2. Divin.  
 Instit. cap. 2. quæ & Muhammedanorum apud Pocok. mi-  
 scell. p. 250. Iudæorum, apud Antonium Margaritam III  
 Jüden-Glauben pag. 59. seq. Hornbeck. lib. 8. c. 2. pag.  
 538. de Convinc. & Convert. Judæis, qui posteriores inte-  
 grum annum animæ vaganti attribuunt signenta, somni-  
 arunt) Ut ut etiam Martyrum animæ sub Altari, i. e. *ex se-  
 creto Cælesti, puta ex loco Felicitatis & Gloria*, ut Jesuita Ti-  
 rinus Comment. in Apocal. pag. 1266. exponit. Apoc. 6. 9.  
 clament,) *en operationem Animæ ad extra contra Episcopi-  
 um*) adeoque hoc ipso desiderium vindicationis Gloria di-  
 vinæ & Ecclesiæ finalis redemptionis exponant: B. Af-  
 felm. in Syntag. part. 1. p. 66. B. Franz. in Vindic. Dispp.  
 Theolog. pro Augustana Confessione habitaram disput. de  
 Extr. Jud. B. Krom. Comment. in cap. 6. Apoc. pag. 144.  
 omni tamen nunc vanitate superiores sunt, earumque be-  
 atæ sorti gemitus ac dolor e propria miseria natus, ut lo-  
 quitur B. Danhavv. Hodosoph. Phæn. 12. pag. 459. repu-  
 gnat, ut pote, quæ interea gaudent gloria aterna, licet non  
 tanta intensione, quanta est gavifurus totus homo post  
 glorificationem corporis: B. Hülsem. Brev. c. 16. p. 259. B.  
 Kro-



c. 16. p. 259. B. Kromajer. in Loc. Antisyneret. Loc. 8. de Noviss. pag. 293. hinc Rabbinorum illud: הנשמה בעירה במעלחה ניונת כאורה של מעלה ומתלבשת בו ובשיכנס לגוף לעתיד לבא באותו האור ממש יכנס והגוף יאיר כזוהר הרקיע i. e. *Anima dum est in statu glorioso, sustentat se luce superna & ea investitur, quando revertetur in corpus suum, in Seculo futuro, cum eadem luce revertetur, & tunc corpus lucebit tanquam claritas Cali;* Vide Menass. Ben Israël, de Resurr. l. 3. c. 6. p. 304. conf. quoque B. Hülsem. in Manual. A. C. Disput. 15. pag. 692. Has vero Animas damnatas, nempe, ex adverso quod concernit, rodit potius eas vermis, contremiscunt & exhorrescunt ad Filiorum DEI liberationem & Judicii extremi memoriam, quam quod eandem anxio præstolarentur gemitu & desiderio, utpote, *quæ tunc judicabuntur non κρίσει approbatoria, ut Piorum animæ, sed malorum operum ἐλίγξω.* B. Dorsch. Pentadec. pag. 582.

§. X.

Mulro minus de ipsis DIABOLIS; ac si eorundem restitutio (etiam quoad mortem, quam nonnulli finxerunt, quos vide apud Bangium in Cælo Orient. Exercit. 1. p. 81.) aliquando esset futura, eorumque tormenta in seculo futuro finem habitura; qui error, autore Origene, per Discipulos ejusdem late antea diffusus (& bodie quoque Socinianis, vide D. Calov. in Socinism. proflig. p. 1069. & Anabaptistis, quæ angvã dispari sensu, palam asseritur,) postmodum tamen cum aliis in Concilio Constantinopol. V. Oecum: A. C. 551. jussu Justiniani Imperatoris congregato, a circiter 155. Episcopis Examinatus & communi calculo damnatus fuit. Meliora sumus edocti ex ipsa Scriptura, quæ nobis Diabolos 2. Pet.

C

2. 4.

2.4. Jud. Epist. Pl. 6. *σεσωμῆς ἀΐδίοις* seu vinculis æternis in Tartarum detractos inque Judicium reservatos sistat, *quæ catena* seu vincula, juxta B. D. Winckelm. in Comment. super h. l. *nihil aliud denotant, quam conditionem Diabolorum, quæ in perpetua desperatione & anxietate, executionem horrendi Judicii DEI & ineffabilem cruciatuum in singula momenta, absque omni spe salutis expectare coguntur.* Conf. B. Gerhard. L. L. Loc. de Inferno §. 62. seq. it: Comment. in 2. Pet. 2. pag. 195. 201. seq.

## §. XI.

Igitur ut menti Apostolicæ propius accedamus, *per* **CREATURAM** *banc* **GEMEBUNDAM**, non potius cum multis, & quidem tum ex Choro Patrum, ut sunt Ambrosius, Hilarius, Chrysostomus, Gregorius Nazianz. Theodoretus, Theopoylactus &c. tum Nostratum. lit B. Balduin. Comment. ad h. l. B. Affelm. in Syntagm. part. 1. p. 70. B. Gerhard. Tom. 9. L. L. de Consumm. Seculi §. 52. seq. & Comment. in Epist. ad Rom. pag. 257. B. Danhavv. in Hodosoph. Phæn. 12. p. 1470. Pruckner. in Vindic. part. 5. p. 222. &c. tum Pontificiorum, ut Estius in Comment. ad h. l. Cornel. a Lap. Comment. ad h. l. pag. 104. Tirinus in Epist. ad Rom. p. 1093. tum Calvinianorum, quo nomine veniunt Petrus Martyr ad h. l. p. 502. seq. Beza ad h. l. p. 96. Piscator in Scholiis ad Cap. 8. Epist. ad Rom. p. 478. Jacobus Laurentius in Paulo *δυσωνία* pag. 210. Spanhem. part. 3. dub. Evang. dub. 132. p. 734. &c. intelligimus synecdochice: **IRRATIONALEM** seu **UNIVERSITATEM** **CREATURÆ** **CORPORALIS** & **RATIONE** **CARENTIS**, ipsam scil. **MUNDI MACHINAM** cum suis partibus, Cælo, Elementis, Sideribus, Sole, Luna, omnibusque terra nascentibus &c. Hæc est,

est, quæ anxio desiderio Liberationem sui expectat, quæ  
martyrium quasi suum in Mundo subit, quæ gemit cum  
sanguineis pluviis, insolitis portentis, adeoque sic injuriam  
Creatoris ac suam sortem deplorat.

§. XII.

Quantumvis autem hæc omnia belle sese habeant,  
quid tamen de ANGELIS BONIS sit sentiendum, num &  
hi in censum Creaturæ gementis, saltem secundario, veni-  
ant, posset insuper quæri? Hærent hic multi, nec eadem  
mens omnibus, quidam enim eos prorsus excludunt, tum  
quod nulla vanitate laborent, & metu quoque annihilatio-  
nis sint expertes, tum (secundum alios) quod sedes eorum  
sit extra hocce Παῦν seu Mundum.

§. XIII.

Verum cum certum sit angelos bonos gaudere super  
peccatoribus resipiscentibus, quibus serviunt, quid impedit,  
de illis quoque *non ratione naturæ & προσωπικῶς, sed διακονι-  
κῶς & ratione servitii seu ministerii accipi?* dum enim ser-  
viunt & quidem conatu sæpi irrito hominibus, prout famu-  
litium istud varie adstruit Scriptura, vanitati quoque exin-  
de subjecti sunt, præsertim cum aut ob Impiorum impœ-  
nitentiam & damnationē doloribus afficiuntur, aut eos Deo  
sic volente, a variis malis quandoque defendunt: Nec juvat  
quicquam, quod sedes eorum sit extra Mundum huncce  
visibilem, extra numerum tamen Creaturarum, utpote qui  
creati non possunt esse, nisi ipsam Angelorum existentiam  
cum Karræis seu Sadducæis quondam velis infringere,  
quam tamen opinionem Episcopus ad permanentem sal-  
tem eorundem hypostasim restringit Instit. Theol. lib. 4. sect.  
2. c. 2. conf. Menass. Ben Israel lib. I. de Resurr. pag. 34, igitur non prorsus hic excludendi sunt Angeli boni, præser-

tim cum & ad totam Entis finiti latitudinem pertineant, & quos ob ministerium, quo funguntur, tenet subjectos vanitas, a qua adventus Domini, conferendo illis plenior & meliorem status conditionem, rerum notitiam & gaudii plenitudinem liberabit & vindicabit. Conf. B. Affelm. part. I. Syntagm. pag. 72. Calman. in Angelograph. part. 2. pag. 257. 287.

## CAPUT II.

*exhibens*

### IPSOS CREATURÆ IN SPECIE

GEMITUS.

§. XIV.

**E**xprimuntur hi in textu tribus iisque signantissimis vocabulis, quorum primum habetur vers. 19. & vocatur Ἀπαραδοκία τῆς κτίσεως, per Hebraismum pro: ἡ κτίσις ἀπαραδοκῆσα. reliqua vers. 22. εὐαγγεῖος scilicet καὶ ὠδίη.

§. XV.

Primum quod spectat, compositum istud est ex ἀπὸ παρα & δοκῆν, pro quo usitatum δοκῆν, expectare, legitur significat, Suida interprete, ac exerto capite quasi, seu intentis oculis (prout Syrus interpres hoc emphatice per **לְדַמְדַּם** expectat, seu sperat sollicite, it: **לְדַמְדַּם** (נִבְדַּם) intendit oculos quasi in specula: Belgica ibidem met opgestelsten Hoofde expressit) aliquid eminentius prospicere & sollicite expectare, sicut ferme ejusmodi levationem capitis Salvator Luc. 21. 28, internos animi motus signis externis



hominem in adversis constitutum, quasi cum eo in simul ingemiscientes declarare solent; Eleganti exemplo illustrat hanc sympathiam Creaturarum Petrus Martyr Comment. in h. l. pag. 505, 507. qui evolvendus.


## §. XVIII.

Tertium denique est *ᾠδίνευ* seu *ᾠδίνη*, dicitur non tantum de gravissimis parturientium doloribus ut Apoc. 12. 2. 1. Thess. 5. 3. ὡσπερ ἡ ᾠδὴν τῆ ἐν γαστρὶ ἐχέσῃ, sicut dolor partus mulieris gravidæ, conf. Sanctium in lib. 4. Reg. c. 14. p. 1580. Drusium in Proverb. sacris lib. 4. prov. 110. quam tamen subsequens liberatio & præsentissima exhilaratio excipere solet; sed & de omnis generis afflictionibus, persecutionibus & calamitatibus vehementissimis, prout Christus secundi sui Adventus, præcedentes calamitates vocat *ᾠδίνες* Matth. 24. 8. adde *הבלי המשויה* seu *ᾠδίνες* Messiaë quas Don Isaac Abarbenel ibid. Comment. in Daniel. fol. 68. 2. de variis calamitatibus tempore Messiaë futuris exponit, Syrus hic iterum *κατὰ πόδα* secutus est textum Originalem, reddendo vocem hanc per *פְּרִיָּוֶה* quam alibi Paulus ipse de sese effert Gal. 4. 19. Filioli mei, quos iterum parturio, quod scil. magno labore ac sudore pristinam Christi faciem in Galatis turpi defectione reparare contendat. B. Krom. Comment. in Epist. ad Gal. pag. 315. Quo ipso autem iterum Apostolus introducit totam rerum creaturarum, visibilium ac corporearum Universitatem velut foeminam quandam parturientem *Dietenb. in margine sat apposite bearbeitet sich: Belga: als in barens Noot*) & ingemiscentem ob dolores, quos ante partum & in partu sustinet, ita tamen, ut adventum diei novissimi, inque eo

Filio-

Filiorum Dei revelationem & liberationem in hoc mundo absconditam cupidissime expectent.

§. XIX.

Utut autem Verba hæc, v. g. ἀποκαταδομία, ἀκῆσων seu involuntarium, vanitatis sensus, liberationis spes in subjectione molesta, στεναγμός καὶ ὠδύνη, si proprie sumuntur, non cuilibet Creaturæ, sed soli homini competant, prout & Syrus interpres, qui verbo  hoc loco utitur, uti jam demonstratum, ipsi Christo attribuit Marc. 8. 12. adde & hebraicum נאנח ingemuit, suspiravit, quod & ferme in V. T. de homine usurpatur, aqve ipsis LXX. per στενάτεω exprimitur, sicut ita de Filiis Israel super calamitate publica in Ægypto gementibus usurpatur, Exod. 2. 23. נאנחו בני ישראל Ingemuerunt filii Israël. Sic Es. 24. 7. נאנחו ingemuerunt omnes, conf. Ezech. 21. 7. ut taceamus στεναγμός ἀκαλήτης causaliter & effective a Spiritu S. in nobis excitatos Rom. 8. 26. Hic tamen non ita intelligenda sunt, ac si Creaturæ irrationales aut inanimatæ sensu aliquo voluntatis, rationis, affectus vel desiderii præditæ essent, (*nisi forte cum Judæis, teste Rambam in התורה c. 3. § quibusdam veteribus Philosophis, Cætum & sidera animata statuere velis, conf. Lud. de Dieu in animadvers. V. T. p. 318. 319.*) sed tantum per PROSOPOPOEIAM inanimatis & irrationalibus, tribuitur sensus & actio intelligentis Creaturæ, in quo ipso movendi vis posita est haud exigua, v. g. quando Gen. 31. 48. dicitur: statua ista sit testis inter me & te: Deut. 32. 1. percipite auribus Cœli & loquar, & audiat terra eloquia oris mei: Habac. 2. 11. lapis a pariete clamabit, & rudimentum e ligno respondebit ei: Sic Joel 1. 18. נאנחה בהמה ingemuit jumentum.

mentum, de quo loco evolve Magnif. Calov. in Bibl. illustr. V. T. ad Joel. p. 771. it: Psal. 18, 2. 2. verba **הויה הביע ספר** enarravit, enumeravit, indicavit, itidem Coelis, nocti & diei assignantur: sic & de Sole dicitur ibidem, quod exultet, ad denotandam ejus in cursu suo alacritatem & promptitudinem. Sic Jer. 2. 12. Obstupefcite Coeli super hoc conf. Glass. in Philolog. Sacr. Tract. 3. Sect. 3. p. 203. prout alias & ipsi Judæi suum Mar Abraham Gaon commentare solent, **שהויה מכיר בשוחת רקליהם** quod intellexerit sermonem palmarum, non quod palmæ ejusmodi ratione, quæ distincte conceptus formare & eloqui possit, præditæ essent, sed quod ex signaturis illarum virtutes intellexerint; Dn. D. Scherzer. in Miscellan. l. 2. c. 4. confer huc quoque quod alii ex Breschis Rabbi adducunt, colloquium istud inter DEum & Lunam, it: inter DEum & terram, de quo passim.

### §. XX.

Adeoqve & hic eandem figuram agnoscimus, qua Spiritus S. declarat, ipsas inanimatas Creaturas, si sensum haberent, summo desiderio expetituras esse, tum liberationem sui, ut non amplius impiorum hominū abufui, præter primevæ Creationis conditionem cogerentur esse subjectæ, tum conjunctam cum hac ipsam Filiorum Dei revelationem, quæ per plenariam gloriæ cœlestis communicationem in Vita æterna sese exerat. Contra Rivetum autem hæc observes, qui Exercit. 57. in Genes. c. 81. p. 285. hic prorsus rejicit ejusmodi figuram, eo quod tot actiones humanæ, intenta scil. expectatio, spes, gemitus recenseantur, quæ non nisi ad Creaturam rationalem referuntur: Verum cum ex hæctenus dictis facile patescit, quid roboris hæc opinio

pinio



pinio in recessu habeat, eidem non immorabimur, adeat  
 B. L. Glass. Rhetor. sacr. tract. I. c. 9. p. 194. B. Dannh. Hodo-  
 soph. p. 961. seq.

§. XXI.

Nota tamen nil hic obstare, quo minus & hi gemitus in sensu postmodum accomodato accipi possint, qua ratione scil. terra quasi gemit, cum malos subinde homines educat, cum horrendis quassationibus & motibus concutitur, cum spem colonorum fallit; gemit Coelum saepe numero continuis pluviis, cum pro nobis quasi in lacrymas solvitur; in tot ac tam variis ostentis, prodigiis *Φαινόμενοις*, Chasmatis, crebris ignibus; gemit Sol & Luna in portentosis & insolitis eorundem obscuracionibus, sicut jam olim ipsi gentiles Solem, tanquam Justitiæ Moderatorem crediderunt, qui cum hominum vitia ferre non posset, caput quasi obnuberet, certas hoc modo minitans poenas: gemit aqua in fontibus & pluviis sanguineis, in nimis inundationibus & incrementis: conferatur Alstedius in Thes. Chronolog. pag. 302. Hotting. in Histor. Eccles. ibi distincte per Secula ejusmodi ostenta inveniet B. Lector, gemit porro cibus & potus noster, si intemperanter & non cum debita gratiarum actione sumuntur, unde in vino *ἀσωτία* esse, testis est Apostolus Ephes. 5. 18. gemit vestitus noster in temerario ejusdem & Lunæ propter mutatas phases, haud dissimili luxu, gemunt & clamant conclavia, habitacula, angeli omnes, si suo usu & commoditate peccatis nostris inservire coguntur, breviter: *Sensum istum Creaturae gementis & desiderantis percipimus tum, cum operationes suas usibus humanis negant, in Ecclipsibus, terræ motibus, exundationibus; cum Leges ipsæ ac repagula naturæ solvi rumpique videntur,*

D

tunc

tunc enim suspiriis quasi & gravi singultu ad liberationem suam anhelare machina mundi putanda est. vide B. Glass. in Exeges. p. 1175.

## CAPUT. III.

Contemplans,

### GEMITUM HORUM CAUSAS.

§. XXII.

**D**E quo jam olim conquestus est Deus apud prophetam Holoam c. 2. 8. *Ego dedi eis frumentum, vinum, oleum & argentum multiplicavi, & aurum obtulerunt Baal, quapropter sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo* (in Hebræo est verbum *לְהַצִּיל* liberabo, in quo duplex emphasis latet, notatur enim tum 1. injusta possessio, quod instar prædonum dona ista sibi rapuerint, & proinde rursus ipsis sint eripienda, tum 2. turpis abusus, quod Dei dona instar mancipiorum, furori impiorum servire, coacta fuerint, & quasi exinde liberationem optaverint: B. Meisn. in Comment. in Proph. Hof. p. 170. Tarnov. in Proph. Hof. p. 66.) *lanam meam & linum meum quæ operiebant ignominiam eorum: Idipsum quoque & hoc in loco est, gemitus istos Creaturarum quod efficit, ABUSUS scil. seu ut vocatur in textu *ματαιότης* Vanitas v. 20. item *δουλεία φθοράς*, servitus corruptionis seu conditio corruptibilis v. 21. cui subjectæ sunt in Mundo Creaturæ, non quasi ita a DEO essent creaturæ aut primigenia Creationis conditione semina mali in sese haberent, prout vult Weigeli.*

gelius part. 2. Philos. myst. p. 138. seq. quem ante aliquot annos postmodum ferme secutus est Præ-Adamitarum Plastes, Isaacus Peyrerius in monstroso suo System. l. 1. c. 4. statuendo, homines fuisse creatos in principio, ex materia corruptibili, & quæ facile a recto in pravum, a bono in malum converteretur, cum tamen tunc omnia erant טוב מאד valde bona Gen. 1. 31. imo & ipse homo creatus erat ישר rectus h. e. omni vitiositatis aut illegalitatis labe carens, tum quoad intellectum, tum voluntatem, tum etiam affectus ipsos, exponente sic Magnif. Dn. D. Geiero in Cohel. c. 7. p. 286. sed quod post lapsum hominis ejusmodi vanitas Creaturis per accidens accesserit, quam tamen DEUS postmodum in bonum finem adhibuit, ut nimirum peccati humani crimen nobis ante oculos poneret semper, ut loquitur B. Walth. Harm. Bibl. p. 1070. conf. B. Balduin. Comment. in Epist. ad Rom. in h. l. p. 163. igitur ut brevibus indigitemus, quidnam per hanc vanitatem & δολείαν φθοράς, quam Belgæ significanter expresse-  
runt per voces: *Dienstbaerheidt der Verderfensse* / intelligendum sit, dicimus cum B. Gerhardo c. 1. non tantum hic defectum mutabilitatis, corruptionem & mortalitatem, cui omnes Creaturae corporeæ ac visibiles subjectæ sunt, sed etiam ac cum primis servitium ac ministerium illud intelligi, quo Creaturae in hac vita abusibus impiorum coguntur esse subjectæ. Vid. Dispp. Giessens. Tom. 7. Disp. 13. p. 244.

## §. XXIII.

Ut proinde μαλαρότης hæc, de tali agente dici potest, quod non assequitur finem, quem in agendo habet propositum, v. g. finis proximus rerum creaturarum est incolumitas sui status, huc enim primo tendunt res omnes, ut incolumes in suo statu permaneant, hujus autem finis conse-

D 2

cutio-

cautionem impedit corruptio, cui subjectæ sunt Creaturae, atque ita est causa *ματαιότης* frustraneitatis seu Vanitatis. Riscat. in Schol. in Epist. ad Rom. p. 478.

## §. XXIV.

Quia itaque Apostolus vocem hanc *ματαιότης* per *δουλείαν φθοράς* seu Servitutem corruptionis versu seq. (*quam Episcopus alias perperam & ex falsa hypotbesi de Sepulchro exponit, c. l. p. 65.*) interpretatur, consequens est, ut eandem, in quo consistat, consideremus.

## §. XXV.

Sistunt autem sese hic loco causarum, **HOMINUM** 1. tum **CULPA**, tum 2. **POENA**, 3. **IPSA CREATURÆ NATURA**.

## §. XXVI.

**CULPA HOMINUM** Vanitatis hujus causa ex parte est: Cum enim Creatura imprimis in DEI gloriam servire debeat, & ut Deum invisibilem inde cognoscamus & laudemus, hic enim Creationis finis; vana fit, cum finem istum non attingit, sed in nobis erudiendis & ad Creatorem convertendis defudat incassum: Hinc nullam sive in hæmisphærio superiori sive inferiori inveniens Creaturam; quæ non vel ad Idololatricum cultum; ad luxum, intemperantiam, gulam; avaritiam &c. abutuntur homines vani; conf. Borchard. in Phaleg. sub voce Vinum p. 440. Solem & Lunam, si intueris, piis pariter & impiis luce sua, sæpissime ad hæc vel illa peccata serviunt, quot aras, quot Tempia, bone DEUS! Corporibus hisce Cœlestibus dicata loquuntur passim Codices Sacri & profani, quot victimas cæfas, quot colentium myriades, simulacra eorundem diplomatibus adorantes consignatis, sicut mos olim erat Ægyptiis teste Alexandro

dro ab Alex. Genial. Dier. l. c. 26. Ad Terram si oculos con-  
vertis, neque minus (*consecrationem Creaturarum* v.g. *Aqua,*  
*salis, campanarum, imaginum, cereorum, Pascualium, Cemi-*  
*teriorum, Templorum, Altarium, Lapidum ad Nissificandum,*  
*Cinerum, Ignis, frugum, fabarum, vini &c. quae ejusmodi Cre-*  
*atura in Papatu certis formulis, magicis ferme exorcisantur*  
*siccō ut præteream focco, vide B. Chemn. in Exam Trid. part.*  
*4. p. m. 100. B. Höpfner. Sax. Evang. p. 127. Vanitatis cau-*  
*sam deprehendis, dum varia humi nascentia, luxui & ingur-*  
*gitationi consecrantur; hinc vox seu verius boatus Cyclo-*  
*pis illius Euripidæi: Terra sive nolit sive velit necessario*  
*fundit herbas suas, quibus pingvefacio ventrem meum, qui*  
*Deorum est maximus Finck. in Quæst. illustr. Sect. I. p. 413.*  
*dum metalla e terræ visceribus eruta, Idololatriæ quasi*  
*prosequuntur cultu, taceo aërem, ignem, & aquam, taceo*  
*reliqua inanimata, irrationalia, quorum adductione alias*  
*huic Servituti quæ ipsam non parum lucis posset conciliare,*  
*si præsertim pro Rostris Ecclesiasticis ipsi verba essent faci-*  
*enda.*

## §. XXVII.

Neque tantum culpa, sed ipsa quoque **HOMINUM**  
**POENA** premitur hæc Creatura vanitate, dum nobiscum  
scil. ob peccata nostra luit poenam: ita namque in integrita-  
te, & sanitate ejus post lapsum adeo diminutam cernis Cre-  
aturam hanc, ut non nisi debilitas, morbus in viribus natu-  
ralibus, ἀταξία, interque ipsas res dissensus, cum sibi oppor-  
tune non respondeant, hinc inde appareant. Sic labente  
Protoplasto tota Terra quoque maledictioni divinæ subji-  
citur; de qua maledictione vid. Pruckn. in Vindic. Tom.  
1. p. 41. Catholicum istud diluvium totum concutit Or-  
bem,

bem, rapiuntur in eo cum peccatoribus ipsa quoque bruta, in quibus tamen nulla transgressio, nisi quod forsan Antediluvianorum nequitiam usu suo promoverint: In plagis Aegyptiacis nihil commiserunt Terra, Aër, Aqua, quæ tamen in puniendo Pharaone insimul quoque corrumpebantur, & quænam, quæso, delicta harum vel illarum Urbium, Palatiorum, tectorum, ædificiorum &c. quæ in consortium poenæ non raro trahuntur cum inhabitantibus, eiqve persolvendæ cum iis sociantur?

§. XXVIII.

Dicis? quid ista inanimata, quid miserum pecus deliquit? R. Justissima scias est ira DEI, & si tu non accusas Naturam, cum reliqua corporis nostri membra moriuntur solo capite, sublato licet multos videas amputatis manibus & pedibus supervivere: Ita cum non propter se, sed propter hominem condita sunt Domino punito luunt & ipsa. Vide quæ habet in hac materia egregia Jesuita Drexelius in suo Noëmo c. 12. p. m. 143.

§. XXIX.

IPSA denique CREATURÆ NATURA in causa est, utpote quæ *φθαρτός* caduca creata est, imo per lapsum hominis valde imminuta, ut multum de perfectione ejus decesserit: adde & istud, haud leve Vanitatis argumentum a Mundi partibus desumptum, utpote quod istæ variis subinde iisque crebris mutationibus agitentur, non solum, sed & suam hoc modo inconstantiam prodant, naturamque caducam, præsertim cum & *ἀφθαρσία* & *ἀθανασία* pars fuerit imaginis divinæ, ad quam solus homo primum conditus, non ulla Creatura alia.

§. XXX.

## §. XXX.

Breviter Vanitas hæc Creaturæ est *vel passiva vel activa*: *passiva* æquidem, dum Creaturis abutuntur ad ignominiam Creatoris impii, item: dum ipsa Creatura suo modo misera facta est poenasque sustinet peccati: *Activa* Vanitas vero est *vel negativa, vel positiva*; *illa* conspicitur cum tam perfecte inservit hominum usui, quam inserviisset in statu Integritatis; cum appetitui hominum corrupto eo modo non satisfacit, quantum ille quidem per lapsum inordinatus desiderat: *Positivam* suam vanitatem exerit Creatura, vexando & oppugnando hominem variis modis: sic devorant & lædunt animalia, venena nocent, & extingvunt, Sol urit, Aër inficit, aqua suffocat &c. prout vanitatem hanc *πρὸς ὅμνια* exhibet D. Simon Profess. Francofurt. in Dissert. Theol. Disp. 9. de Creatione Sect. 2. thes. II.

## CAPUT IV.

*Subjungens*

## HORUM GEMITUM FINES

## §. XXXI.

**C**oncernunt isti ipsas tum creaturas, tum homines eosque vel Pios vel Impios.

## §. XXXII.

Creaturas quidem, dum e libertate sua quasi excussæ, adeoque sic servituti corruptionis subjectæ a vanitate ista gestiant liberari, non quasi in æternum postmodum essent duraturæ, nulli amplius subjectæ corruptioni, aut quasi parti-

participes futuræ essent gloriæ æternæ, more nutricis, pueri alicujus regii, cum puer coronatur, ubi & ipsa propter puerum participat de bonis regiis, prout hoc simili utitur Jesuita Tirinus Comment. in Epist. ad Rom. p. 1044. unde & ipsi Judæi, quos inter Menasseh Ben Israel l. 3. de Resurr. Mort. c. 6. p. 297. juxta hexaëmerum Creationis non tantum hunc reformati Mundi statum depingunt, verum etiam ejusmodi restaurationem & qualitatam renovationem Cœlo & Terræ adscribunt, de qua tamen inferius dicendum erit: Imo & ipse Franciscus Puccius, novorum alias & portentosorum dogmatū facundus Autor in defens. advers. Socin. p. 38. & bruta animantia quoque in extremo die resurrectione, bestiasque in nova terra futuras sibi ridicule persuasum ex hoc loco habuit: sed ut supra jam dictum; *Vanitas Creaturæ finem habebit sub initium istius gloriæ per totalem ejusdem destructionem & abolitionem*: B. Balduin. Comment. in h. l. B. Hülsem. Breviar. c. 16. p. 223. ita enim ελευθέρωσις hæc non tantum maledictionis abolitionem, quæ propter peccatum ingressa fuit in Mundum, sed etiam substantialem Creaturæ, ejusmodi corruptioni essentiali obnoxia (exceptis Angelis pariter & hominibus annihilatione in ambitu suo complectitur, more captivi alicujus Christiani in Turcia, iste enim si moritur, liberatur quidem per mortem a servitute corruptionis, sed non ab ipsa corruptione, quia corpus ejus in pulverem revertitur conf. Disp. Giessens. Tom. 7. Disp. 13. pag. 243. seq.

## §. XXXIII.

Unde ut melius percipias, phrasis: εἰς ελευθέρωσιν non notat terminum ad quem, quasi liberatio una eademque foret Creaturæ cum Filiis DEI, hoc modo enim easdem  
cum



cum Puccio inflaremus tibias; sed denotatur tantum ea liberationis tempus, hoc sensu: Sicut certa est Filiorum DEI liberatio a sua vanitate & servitute corruptionis, cui hoc in Mundo subjacent: sic etiam certa erit reliquarum Creaturarum a vanitate liberatio, quamvis liberationis modus utroque variat; unde verba εἰς ἐλευθερίαν per Hebraismum ponuntur, pro ἐν ἐλευθερίᾳ in libertate h. e. tum, quando futura est liberatio filiorum DEI, prout hujus significationis exempla suppeditat Glass. Grammat. Sacr. p. 524. 525. Hackspan. in miscell. p. 186.

## §. XXXIV.

Et sicut DEUS in vita præsentis quandoque suam liberat Creaturam, impiorum spoliatione & depositione, interitu & morte, annonæ penuria & denegatione; sic præprimis liberabit eandem ultimo adventu ad Judicium totali annihilatione B. Meis. Comment. super Hof. p. 189. quapropter *Disting. inter liberationem a corruptione, & liberationem a corruptionis servitute; illa opponitur interitui substantiali, & in præsentis textu non legitur; hæc vero non semper & in textu legitur, conf. ad Rom. 6. 7. prout nervose hoc deducit A. Affelm. part. 1. p. 70. conf. Dispp. Giessens. Tom. 7. Disp. 13. pag. 243.*

## §. XXXV.

Nec juvat quicquam eos, qui alias ex titulo isto, quo Dies extremus Act. 3. 21. vocatur ἀποκατάστασις πάντων, exculpere volunt, quasi Dies ista Macrocosmo huic aliquam perfectionem, reformationem & in meliorem statum mutationem sit allaturus, prout talem significationem, quam in alia materia habet Matth. 12. 13. Marc. 9. 21. vid. B. Dorsch. Theol. Zach. part. 2. p. 83. cum tamen potius in eo ad universæ Creaturæ liberationem a vanitate & servitute

E

corru-

corruptionis per totalem abolitionem, teste ipso Aposto-  
lo Petro 2. Pet. 3. 10. respicitur, prout hanc & alias allegat  
rationes de hac ipsa appellatione Brochm. Syst. tom. 2. Ar-  
tic. 46. pag. 605. Pruckn. in Vindic. part. 5. p. 27. Unde &  
Oecumenius ἵδὲ ἀπὸ καταδύσεως αἰώνων, interpretatus est, εἰς τρίτας ἐκ-  
δεῖν, ad extrema venire, quam significationem etiam Syrus  
ferme expressit, reddendo פֶּרְיָוֹן לְעוֹלָם

וְיָוֹן לְעוֹלָם complementum omnium temporum &c. conf.  
B. Gerhard. Tom. ult. L. L. Loco de Consummat. Seculi  
pag. 415. it: in Annotat. posthumis in Acta Apostol. pag.  
105. seq. qui & restitutionem hanc secundum Fidei analo-  
giam & substratam materiam exponendam esse docet v. g.  
*DEO restituetur honor & gloria per varias Satanae technas  
diminuta: ruinae Angelorum per beatorum hominum affoti-  
ationem resarciuntur: Corpora e terra pulvere suscitata suis  
restituentur animabus, defunctis Parentibus liberi, maritis  
uxores &c.*

### §. XXXVI.

Hominibus vero & hi gemitus profunt, Piis & Impi-  
is: His in quantum eos deterrere debent ab horrendo mi-  
nisterii abusu, ne hoc modo accusatores sibi constituent,  
præprimis vero si vident in his vel illis ostentis, prodigiosis  
Φαινόμενοις ejusmodi Creaturarum gemitus, cogitent, DE-  
UM cum hominibus non tantum lingua humana per Pro-  
phetas & Apostolos seu eorum Successores, sed nonnun-  
quam etiam ipsis elementis, in formas & imagines diver-  
sas compositis, loqui, imò ipsum Mundi interitum his ipsis  
prænunciis quasi publicare, utpote quæ subinde clamant:

*Finis*

*Finis venit, venit finis, evigilavit adversum te, ecce venit!*  
Ezech. 7. 6.

§. XXXVII.

Istos vero quod spectat, erigant se in quibusvis adversitatibus, totam Compatientem habent Creaturam, sciant, instare tempus Liberationis plenariæ, quod ipsis βαίρⓄ καθ' ὑπερβολὴν εἰς ἑπερβολὴν δόξης conferet αἰώνων 2. Cor. 4, 17.

## SECTIO III.

*claudens*

Per pecularia ζήήματα totam  
Διατριβήν.

*An Signa quædam peculiaria Tempus istud  
Liberationis plenariæ sint præcessura?*

**N**ON loquor hic de iis, quorum ipsa Scriptura facit mentionem, signis præcedentibus, *quæ vel gratia vel ira, vel remota vel propinqua*, de quibus Brochmann. Tom. 2. System. Artic. de Extr. Jud. pag. 610. B. Danh. Hodosoph. Phænom. 8. p. 806. seq. B. Krom. Theol. posit. polem. Artic. 22. p. 1188. seq. B. Franz. l. de Interpr. Scripturæ p. 688. seq. sed quæ nescio, ex qua revelatione, curiositas aut potius stoliditas humana sibi ipsi finxit, multisque involvit fabularum involucris: Eo usque enim Vanitas quorundam progressa est, ut inter Signa ista ultimo haud loco posuerint ELIÆ THESBITÆ reditum, ex illo Malach. 4. 5. in qua sententia cum quibusd. Patribus vetustioris Ecclesiæ, adhuc bona pars (de Judæis enim res clara, siquidem apparationem ELÆ, Messia

Messia sui instantis adventus signum fore, persuasissimum sibi habent, subinde ingeminantes: Veniat Elias Prophe-  
 ta, Elias Propheta repente ad nos veniat cum Messia Filio  
 Davidis, conf. R. Aben Es. ad h. l.) hæret Pontificiorum:  
 Alii igneam crucem in æthere ante diem extremum fulsu-  
 ram sibi elegerunt, alii alia. Nos omissis hisce, contenti su-  
 mus potius iis signis, quæ sapientia Divina in Verbo suo re-  
 velavit, & vel Cœlo, vel Terræ, Mari itidem assignavit, licet  
 exacte non constet, quænam immediate Adventui Christi  
 erunt conjuncta, quæ non ita; statuendum enim hic est, si  
 non omnia, quædam saltem spatio aliquo temporis præces-  
 sura, idque ex comparatione cum ficu & scopo exhortato-  
 rio ad preces & vigilantiam, his fieri incipientibus, ut lo-  
 quitur B. Dannhaw. Theologus a *δυναμεις ευεργητικη συνηρητικη*  
*και διακριτικη* merito commendabilis Hodosoph. Phænom.  
 8. p. 579. Quid vero de SIGNO FILII HOMINIS in nu-  
 bibus sub finem Seculi apparente Matth. 24. 30. sit tenen-  
 dum, præstat hic tacere, quam temere aliquid statuere,  
 præsertim cum adhuc Theologi de eo non conveniant,  
 exponentes vel de vibicibus & vulneribus Christo in Passi-  
 one inflictis, juxta Zach. 12. 10. vel de cruce quædam ignea  
 coruscatura ante diem extremum, ministerio Angelorum  
 ex splendidissimo aëre efformata, vid. Jesuit. Tirinum, &  
 quos citat Comment. in Matth. c. 24. pag. 959. Estium in  
 Annotat. in Matth. p. 835. Jansen. stella Comment. in Matth.  
 p. 209. vel de illa nova, Anno 1572. in Sidere Cassiopææ,  
 conspecta, ex hac ratione, quod stella insolita fuerit Filio  
 hominis in primo Adventu, ideo a vero non alienum esse,  
 huic secundo Adventui itidem Stellam miraculosam adji-  
 cere: vel de signo vocali, tuba scilicet Angeli I. Cor. 15. 51.  
 52. Walag.

52. Walæg. in Lib. histor. N. T. p. 274. seq. vel etiam de divina & Cœlesti illa, humanis tamen oculis aspectabili gloria, cum qua in nubibus veniens videbitur Christus &c. conf. B. Gerhard. Tom. 9. de Extr. Jud. num. 101. seq. Calixtum in Tractat. de Supremo Judic. p. 59. Ursin. in Analect. Sacr. lib. 6. p. 378.

*Quando ista Liberatio futura? seu*

*Quam diu hoc Universum sit duraturum?*

Scriptura Sacra filet, incerta hinc varia variant. Ubi tamen insignem temeritatem produnt ii, qui Articulos & minuta hujus Liberationis diligenti calculo assequi tentant, dum ex harmonia temporum Chronologica, ex quadam præcipuorum eventuum analogia &c. diem & annum temere pronunciant. Verum quam fallax omni tempore fuerit hæc opinio, ex inductione patebit: Ita namque superiori seculo, ut taceamus priora, quidam Annum 32. determinabant, verbis Joh. 19. 37: *VIDEBUNT IN QVEM PVGVGERUNT: item JesVs NazarenVs ReX JVDæorVM; impulsii alii annum 88. magno tamen damno credulorum agricolarum, utpote qui toto isto anno, nec hortos nec agros conferentes, reculasque interea concoquentes, strenue postmodum esurire cogebantur, inde versiculi:*

*Wenn man schreibt tausend/ fünffhundert/ achtzig acht/*

*Das ist das Jahr/ so wohl betracht/*

*Geht denn die Welt nicht unter/*

*So geschieht doch sonst groß Wunder.*

Alii XXXIII. annum ejusdem Seculi designarunt, quos inter fuit Michael Stifelius, Past. Eccles. in Lochaw, cujus meminit B. Lutherus in Comment. super Cap. 32. Genes. qui conscriptis 22. thesibus, extremum diem præcise ad

Annum Christi 1533 & quidem ad diem Lucæ Evangelistæ,  
 circa horam octavam alligavit: Alii ex verbis Symboli Apo-  
 stolici Annum a nato Christo 1629. somniabant, & quidem  
 ex verbis: Veniet JVDICARE VIVOS & MORTUOS. Nec mi-  
 nus alii finem Mundi in annum 1657. collocabant, utentes  
 hęc Chronographico: MVNDI Conf Lagratlo, hac de causa,  
 quod annus hic ob Diluvium catholicum Mundo itidem fu-  
 erit fatalis: Alii, quos inter Pontificii, restringunt Mundi fi-  
 nem ad Anti-Christum præcedentem, assignantes Imperio  
 ejus annos tres cum dimidio, tam diu enim ipsum regnatu-  
 rum, & postmodum post mortem ejus die quadragesimo  
 quinto, Christum ad Judicium venturum, affirmat Bellarm.  
 lib. 3. de Pontif. Rom. c. 8. & 9. conf. quoque Becanum in  
 Manual. lib. 1. c. 7. p. m. 126. Verum temeritatis summæ est,  
 scire ea, quæ DEUS sibi soli reservavit, Act. 1. 7. de die illo,  
 deque hora illa nemo scit, neque Angeli in Cælo, neque Fi-  
 lius, sed solus Pater Marc. 13. 3. Confer. huc decantatum illud  
 Doctoris cujusdam Domus Eliæ (*quod falso alias a R. Lusi-  
 tano in Colloquio Mittelburgensi p. 50. Thisbiti assignatur*) va-  
 tiginium, in quo duratio Mundi ex sex & vers. 1. Gen. quæ a-  
 lias signa sunt Cabbalisticis sex millium annorum, ad eundem  
 numerum adstringitur; legitur illud præter Baal Hatturim,  
 antiquum & Cabbalisticum in totam Pentatevchum Com-  
 mentarium, quoque in Sanhed. c. ult. שש אלפים שנה  
 הוי עולם: שני אלפים תוהו: שני אלפים תורה: שני  
 אלפים ימים המשוח: i. e. Sex millia annorum durabit Mun-  
 dus: duo millia inania: i. e. sine Lege, duo millia Lex, & duo  
 millia dies Messia. Vid. quoque Menasseh Ben Israel Lib. 3. de  
 Resurr. Mort. c. 3. p. 267. seq. arrisit hoc non paucis Christi-  
 anis, imprimis quod & sex diebus conditus esset Mundus,

Pe-

Petrus vero aperte dicat: Diem unum esse ut mille annos, & mille annos ut diem unum 2. Pet. 3. 8. igitur & tot mille annos Mundum duraturum exinde collegerunt. Verum, uti dixi, nostrum non est scire tempora & articulos temporum istorum, expectemus potius cum metu & sobrietate adventum hunc in singulas horas, in singula momenta Matth. 24. 42. 43. 44. conf. de hac quaestione B. Friedlieb. in Medull. Theol. Loc. de Extr. Judic. pag. 861. seq. B. Glass. in Exeg. p. 52. seq.

*An Liberatio hæc noctu sit futura an  
interdiu?*

Occasionem hujus *ἑρμηνεία* præbet Targum Iru-  
schalem, citante etiam Dn. D. Varenio in *Veelle Schemoth seu E-*  
*xodo*, quod quatuor imprimis illustreis memorat noctes: v. g.  
NOCTEM CREATIONIS; NOCTEM REVELATIONIS  
FACTÆ ABRAHAMO; NOCTEM LIBERATIONIS ex  
Ægypto, & NOCTEM CONSUMMATIONIS SECULI;  
quæ erit juxta Targum (prout verba sonant) quando con-  
summabit Seculum terminum suum, ut disrumpatur & trans-  
eat; quando funes improbitatis abscindentur, & jugum fer-  
reum frangetur: Tunc egredietur Moses ex deserto, & Messias  
ex media Roma, uterque loquetur ex summitate nubis, sed  
VERBUM DOMINI loquetur inter utrumque, & ambula-  
bunt simul Messias & Moses: Hæc Nox transitionis supremæ  
coram Domino reservatur & destinata est, ut suo tempore o-  
stendatur omnibus Filiis Israel. Hæc Targum Iruschalem. E-  
jusdem opinionis postmodum fuerunt non pauci inter  
Christianos, etiam nostro ævo, tum propter similitudinem  
Sponsi noctu advenientis Matth. 25. 6. tum quod ipse Chri-  
stus articulatus hoc indicasse videatur Marc. 13. 35. *Vigilate  
ergo,*

ergo, inquit Salvator, nescitis enim, quando Dominus veniet, vespere, an media nocte, an gallicantio, an mane, ne cum repente veniat, inveniat vos dormientes &c. confer, quæ hanc in rem jam olim circa finem Seculi tertii prodidit Christianorum Cicero, Lactantius Firmianus Lib. 7. de divin. Instit. c. 19. & alii Patres. Utut autem plausibilis hæc videatur conjectura, nostrum tamen non statim meretur calculum: præterquam enim 1. quod Lucas etiam cap. 17. v. 30. 31. expresse mentionem faciat Diei: *κατὰ ταῦτα ἔσται ἡ ἡμέρα ὃς υἱὸς τῆ ἀνθρώπου*: sic Matt. 24. 36. *περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης* &c. vers. 50. *ἢ ξεῖ ἐν ἡμέρᾳ ἢ ἔς προσδοκᾶ* conf. Marc. 13. 32. præterquam etiam 2. quod in citatis locis opera diurna: v. g. laboratio in agro, molitio in mola, deambulatio in recto, quæ interdum exercentur, enarrentur, (*si quis enim diem naturalem, qui spacium 24. horarum & sic etiam noctem in se complectitur, hic vellet supponere, circulum committeret*) nos potius 3. dicimus, Christum Adventum suum ad Judicium reditui comparare nocturno, ut hoc modo ipsum inopinatum & insperatum fore, quando omnino non creditur, insinuet, eum in modum, sicut alias noctu plerumque minus expectatur peregre profectorum reditus: nec *ἄτοπον* quoque judicamus, si quis 4. Noctem hanc de tenebroso temporis Christi adventum præcedentis statu, adeoque sic de tenebris in Impiorum cordibus, spiritualibus, subinde illud: Pax & securitas! ingeminantibus, interpretari vellet: Quicquid hic sit, nos in re increta potius *ἐπιέχειν* abripimus. Vid. interea B. Gerhard. Tom. 9. Loc. Loc. cit. §. 82. Calixt. Lib. de Supremo Judicio. pag. 75. seq.

*An interiisset Mundus, si maxime nec Primi Parentes, nec eorum posteri peccassent?*

Affirmativam & hic tenemus cum B. Gerardo Loc. de

de



de Consummat. Sec. pag. 343. ea de causa enim conditus fuit Mundus, ut non tantum domicilium hominis Viatoris, sed & speculum quoddam θεωρημάτων esset, eidem in Vita hujus via inserviens: quando vero homo πρόσωπον πρὸς πρόσωπον DEUM visurus est, adeoque sic Viator esse desinet, nullus amplius adspectabilis hujus, quod coram vides, opificii erit usus; hinc Megalander noster Lutherus: Die jetzige Welt ist nur eine Vorbereitung und Gerüste Gottes zu jener Welt/ wenn das Haus fertig/ reisset man das Gerüste ein ꝛ. Conf. Affelm. part. 1. Syntagm. pag. 67.

*An Creatura hæcce φθορά, totali corruptione & annihilatione, aut tantum ἀλλοιώσει, alteratione sit interitura?*

Creaturam hanc considerari hic extensive, ex præcedentibus abunde patet. Non eandem autem & hic fovent Theologi sententiam, præsertim cum pro utraqvè militare videantur rationes: Qui pro alteratione tantum accidentali & immutatione pugnant, prout maxima Pontificiorum & Calvinianorum pars eo inclinatur, ut videre est apud B. Meisner. Philos. Sobr. part. 1. Sect. 3. p. 422. Affelmann. Syntagm. part. 1. p. 68. Brochmann. System. Theol. tom 2. Artic. 46. p. 604. præter 1. Cor. 7. 31. potissimum urgent textum nostrum, quod Creaturæ anxie expectent liberationem suam; adde quæ Thomas habet in Supplem. q. 91. Artic. 3. Quemadmodum, inquit, Pater familias, cum dignitas nova filio confertur, illius famulos novo atqve illustri amictu induit: Sic DEUS, cum nova sempiternaque dignitas homini in Cælo tribuetur, Creatura, quæ illi inservit, illustriore veste decorabit.

Verum enim vero, cum liberationem hanc potius de

F

tota-

totali annihilatione, quam qualitatuum mutatione, superius Sect. 2. cap. 4. thes. 31. 32. exposuimus, nec hic eandem crambem iterum apponemus: Dicit quidem Timplerus cap. 3. Phys. gener. quæst. II. nullam firmam rationem dari & excogitari posse, cur DEUS velit Mundum huncce totum secundum substantiam destruere? sed quæ consequentia! quæ Timplerum lubterfugiunt latentque, E. & ipsum Sapientissimum? Sufficit, ut sciamus voluntatem facientis, licet ignoremus rationem facti: Nec obstat, quod Lutherus alibi dicat: *Die Welt habe icho ihr Werckels Kleid an/ einmahl aber werde sie das Sontags Kleid anzuehen*: minime tamen ad alterationem digitum intendit, sed tantum his ipsis collatio instituitur inter statum præsentem & futurum, prout accurate, ut solet, deducit hoc B. Krommaier. Præceptor de me per multos annos meritissimus in Collegio super August. Confess. Loc. 17. de Extrem. Judicio.

Ut autem lis hæc *ἡ πρόχρη* Christiana dirimenda, satiusque cum illo Rabbinio Jehosua Ben Chanina respondendum esset: Quando isthic ero tunc id sciam: ista tamen de totali corruptione & annihilatione opinio, majori Scripturæ niti videtur autoritate, utpote, quæ Cælum & Terram, tanquam corpora peritura Psalm. 102. 27. (ubi *oppositio inter DEI permanentiam & interitum Mundi attendenda venit*) transitura Luc. 21. 33. fugitura, ut locus eorundem non amplius inventus fuerit, Apoc. 20. II. introducit: Adde Apoc. 21. vers. 1. Es. 51. 6. conf. ad hunc locum Varenium Comment. in Esaiam part. 3. pag. 286. Quod vero Menasseh Ben Israel Reformationem Mundi juxta sex creati Mundi dies instituit: ordinem eorum secutus Lib. 3. pag. 197. seqq. de Resurrect. Mort. temerarium nimis prodit ingenium,  
NON

non credo jura, Verpe, per anchialum. Vide quoque  
 רפרי R. Elies. cap. 51. p. 142.

*An Creatura hacce per aquam vel ignem sit  
 interitura?*

Prophyrum quondam ob hoc assertum, maximæ  
 Christianos arguisse stultitiæ, nimirum, quod Mundum di-  
 xerint periturum, ex August. Lib. 20. de Civit. DEI cap. 24.  
 ad patescit: Similiter quoque Cæcilius ille Paganus apud  
 Minutium Felicem in Octavio pag. 97. eos Christianos acci-  
 pitis mali & dementiæ postulat, mundo minitantes, ut lo-  
 quitur, incendium: Sed præterquam, quod Stoicorum  
 quondam insimul fuerit eadem opinio τὸν κόσμον καὶ πάντα  
 τὰ σώματα ἀναλῆσθαι ἐν ἐκπύρωσι. conf Senec. Natural.  
 quæst. Lib. 3. c. 1. Minutium Felic. cit. lib. pag. 321. Nos du-  
 ctum potius Scripturæ sequentes, simpliciter asserimus  
 ἐκπύρωσι, & dicimus (quæ enim de duabus Adami columnis  
 Josephus Lib. 1. Antiq. Jud. c. 4. recenset, quasi in iis predi-  
 xisset Adam exterminationem rerum omnium, unam ignis  
 virtute, alteram aquarum vi & multitudine fore venturam,  
 merito calculum nostrum suspendit, vide de iis Judicium  
 B. Dorsch. Theolog. Zach. in Syllabo) Coelos, qui nunc sunt,  
 & terram reservari igni in diem Judicii, ita namque Petrus  
 2. Epist. 3. vers. 7. viam nobis premit aperte. Qualis nam  
 autem ignis, & unde ortus ejus futurus sit, scrupulose hic  
 non inquirendum: Sunt, qui incendium Mundi Catholi-  
 cum radiis solæribus iisque ardentissimis & densissimis, qua-  
 si in speculum coëuntibus adscribunt: Alii ignem ex con-  
 cavo Lunæ (ubi Petrus forsancancros coquit, quas capit in De-  
 cembri, vide Athanas. Kirchner in Itin. Ecstat. 1. pag. 97) le-  
 scensurum sibi somniant: alii ad certum Siderum concur-

sum hic recurrunt, arsura scil. tunc omnia, quando Sidera  
 universa, quæ nunc distinctim suos agunt cursus, in Can-  
 crum convenerint: nec desunt alii, qui ignem hunc ex con-  
 cursu & operatione omnium causarum naturalium, quæ  
 ignem excitare aptæ sunt, eliciunt: Verum recte hic  
 Augustin. Lib. 20. de C. D. c. 16. Qvi ignis hujusmodi &  
 in qua Mundi vel rerum parte futura sit, hominum scire ar-  
 bitror neminem, nisi forte cui Spiritus Domini ostenderit:  
 Verosimile est, inquit Calixt. Lib. de Supr. Judic. p. 119.  
 quicquid in rerum natura ignis est aut igni affine, in hunc,  
 quem diximus, præternaturalem & sublimioris efficaciam,  
 perpetuæque durationis ignem divino nutu transiturum.  
 Conf. B. Gerhard. Comment. in. 2. Epist. Petr. cap. 3. pag.  
 416. B. Friedlieb. in Medull. Theol. Loc. de Consummat.  
 Sec. quæst. 3. quorsum etiam remittimus sequens curiosum  
 magis quam fructuosum *ζητημα*.

*Quomodo conservandi Electi ab isto Incendio  
 Catholico?*

DEO Judici relinquimus eorum curam; qui potuit  
 corpora eorum e pulvere resuscitare, & eosdem quoque  
 ad plenioram jam jam gloriæ æternæ gradum promoven-  
 dos, contra ignis hujus violentiam defendere poterit.  
 Interim nec hic quibusdam curiosis Scholasticis pollicem  
 premere possumus, qui Impios in Die extremo superstites  
 igni hoc conficiendos volunt: nihil extra Scripturam est  
 assumendum, hæc potius ad momentaneam eorum, qui in  
 die isto supererunt vivi, immutationem, digitum intendit.  
 conf.

conf. B. Bald. Comment. in 1. Epist. Thess. c. 4.  
p. 1168.

*An bruta animantia, planta & cetera mista, quæ  
hominem vel sustentant, vel juvant, vel sal-  
tem delectationem quandam creant,  
in altero Seculo sint desitura.*

De Somnio Puccii supra thes. 31. cap. 4. audivimus  
Objicis; Lutherus ipse in Colloquiis Mensal. pag. m. 539 fa-  
vere videtur huic sententiæ, ita enim ibidem: auff eine  
Zeit / als D. Mart. Lutheri Hündlein für dem Tisch gel-  
lete / fragt einer: ob auch nach der Auferstehung in je-  
nem Leben / in der Neuen Welt unvernünfftige Thier-  
lein seyn würden? Ja freylich / sagte D. Martin / denn  
der neue Himmel und Erde / wird nicht leer / wüste und  
einöde seyn / sondern voller schöner Creaturen / sinte-  
mahl St. Petrus den Jüngsten Tag nennet Diem Re-  
stitutionis omnium, da Himmel und Erden wird vers-  
wandelt werden / da wird Gott auch neue Perlelein  
und Hündlein schaffen / ein jegliches Hündlein wird sein  
gülden Halsband haben von Edelgestein / und an ela-  
nem jeden Harlein ein Perlein &c. conf. cum Lorino  
Franciscum Fevardentium Sorbonistam in 2. Epist. Petr. 3.  
qui expresse B. Luthero hanc sententiam attribuere solet.  
Sed Respond. perperam affingitur hæc opinio Megalan-  
dro nostro, non enim verba Lutheri intelligenda sunt pro-  
prie sed hyperbolice, parabolice, & figurate, ad beatissimum  
statum in altera vita indicandum: Simile hyperbolicum  
loqvendi genus habet Comment. in 1. Cor. 15. ubi ait: in

E 3

altera

altera vita fore, ut Cœlum, si velis, merum aurum pluat, Albis gemmis fluat, arborum folia sint argentea, gramina & flores ægri referant Smaragdos: conf. B. Affelm. part. 68. Gerhard. in Chiliafmo destructo pag. 226. Hinc ipse Bel-larm. lib. 6. de amiffa gratia & ftatu peccati cap. 2. inquit: Do-ctores Theologi communi confensu docent, quod post di-em Judicii nullæ futuræ sint plantæ, nulla animantia, nul-la corpora mixta, hominibus duntaxat exceptis.

*An Creatura hujus annihilationem nova fit  
fecutura novi Cœli Terræque Crea-  
tio?*

Colorem huic sententiæ quispian obducere posset ex Esa. 65. 17. 2. Petr. 3. 13. Apoc. 21. vers. 1. Sed R. I. me-taphoricam locutionem exhibent hæc loca; ita enim no-mine novi Cœli & terræ novæ, non intelliguntur proprie & sic dicti corporei Cœli seu corporea terra, sed metapho-ricè habitaculum beatorum, in quo habitat Justitia. 2. Scriptura captui nostro per *συγκατάστασις* condescendit & verbis hujus seculi gloriam & felicitatem futuri Seculi de-pingit, unde duo hujus Universi extrema, Cœlum scilicet & terram nominat, ut typo hujus Mundi, in quo nunc vi-vimus, beatissimum istud habitaculum, in quo æternum sumus victuri, quodammodo nobis adumbret. 3. Crea-bit DEUS novum Cœlum & Terram novam, auferendo ea omnia, quæ caduca & plena sunt ærumnis. 4. Prophe-ta Esaias proprie juxta Jesuitam Tirinum in Annotat. pag. 649. de restitutione Ecclesiæ & felicitate ejus sub adven-tum

tum

tum Christi verba facit, ut ex contextu patet: conf. Dn. D. Calov. Tom. 2. Biblior. Illustr. p. 369. B. Gerhard. Comment. in 2. Epist. Petr. cap. 3. pag. 444. Purckner. in Vindic. part. 3. pag. 109. Calixt. Lib. de Suprem. Judicio pag. 121, seq.

*An ad Vanitatem Creaturae pertineat, quod  
ROSA iam nascatur spinosa?*

Rosam matre horrida, & stirpe nasci spinosa, quis est, qui ignorat? Imputant hoc nonnulli prævaricationi Protoplastorum, eamque ob causam & ipsam premi nunc Rosam vanitate contendunt. Verum enim vero, licet DEUS dixerit, terram germinaturam Adamo post lapsum spinas, minime tamen exinde sequitur, quod eas ante illius lapsum non produxisset, sed quia ei in poenam & laborem non cessissent, si tenax mandati perstitisset injuncti: quapropter & ipsis Rosis a prima origine spinas adnatas fuisse dicimus, præsertim cum nativa Rosarum proprietates & conditio id postulet, utpote, quas spinas summus Opifex ipsis concessit, non ignominia sed custodia causa, perinde sicut in statu Innocentia terra quoque plantas noxias produxisset, quæ tamen homini minime nocuissent. Conf. B. Friedlieb. Medull. Theolog. Loc. de Creat. pag. 242. B. Joh. Conrad. Dieteric. Antiquit. Bibl. pag. 55.

*An universalis Judæorum Conversio Liberati-  
onem Creaturae sit præcessura?*

Varia inter Christianos de hac circumferuntur sententia, aliis ( præsertim ob pactum fædus, totque factas promiss-

missa-

missiones, quas inter luculentissimus ille Locus Levit. 26. 44. 45. Judæis ipsis ab initialibus literis  $\text{קנ}$  german. Der güldene  $\text{קנ}$  / dictus, de quo videatur Magnif. noster Scherzer. in suis miscell. sacr. Lib. 2. cap. 5. Hornb. in Prolegom. de Convinc. & convertend. Judæis pag. 36. it: qui extat Hof. 3. 5. & ex N. T. insignis ille ad Rom. cap. 11. 25.) vel affirmantibus, aliis vel in dubium vocantibus, vel plane (ob quosdam causas, tam ex parte Judæorum, tam Christianorum, quam etiam ipsius DEI) negantibus. Nos ne temere heic aliquid de particularibus futuræ istius Conversionis circumstantiis, v. g. de modo, numero, tempore, loco &c. convertendorum, adjiciamus, peculiari: An nimirum ante extremum diem futura? & ob quas causas tenus-hac ea retardata fuerit? reservabimus  $\text{קנ}$  disquisitioni. Interim heic ad portum feliciter appulsi, vela contrahimus, DEO pro divina adstantia labiorum nostrorum offerimus holocausta.

T A N T V M.



Coll. diss. A 199, mix. 42